

Eneas et Turnus alternatim concurrunt et lanceis se aspere impe-tuntur: itaque utrique ad terram deveniunt. Eneas, ut fortis in bello, mucrone alcius^(a) elevato, Turnum percussit in humero et gulam clipei incisit, quem suspensum tenebat collum. ut autem sensit ad collum scutum dimissum, artius se cooperuit^(b) et coopertus se suis 5 conducere voluit. quod Eneas intelligens, irruit armato pectore et fortiter mucrone Turnum percussit et, ut monstravit, vitam petenti fere^(c) donavit, sed baltheum, quod Palas, quem occiderat, ut illum viderat cinctum, ait: « Michi dolor est renovatus et^(d) iste dies erit « tibi supremus », et sic illum dimisit ad inferos. postea Latini 10 filiam^(e) per omnes Lacium partes pacifice habuit et, nullo contradicente, retinuit et cum ea multos annos deiecit^(f).

Mortuo itaque Enea, Asscanius, eius filius, audivit in sompnis: « Surge et circueas terram, donec scroffam albam novem albos « filios habentem invenias, ibique civitatem Albanum nomine hedi- 15 « ficabis^(g) ». que, ut audivit, fecit Albanumque hedificavit et, dum vixit, possedit, ibique duos filios genuit, Anulum scilicet et Numi-torem^(h). Asscanio autem defuncto, Anullius unam filiam habuit et Yliam appellavit. Anullio defuncto, Numitor⁽ⁱ⁾, timens ne partem regni sibi auferet, eam in templo sacra veste moniale fecit. que 20 cum Marte^(k) recubuit, set, ut venerius dicamus, miles fuit et ex ipso binos concepit filios, quorum alterum Romulum et reliquum Remulum appellavit, qui dicuntur a quadam^(l) lupa lactati, que fuerunt a meretrice nutriti. ut autem creverunt, exilium, idest domus re-fugii, construxerunt profundo vallo et altis turribus munientes ac 25 lege donantes, quicumque illuc venirent, a quocumque peccato vel debito aut servitio detemptus, statim fuerit factus solitus. quod latrones, homicide, periurii, paricidi, ac servi, adulteri et omni genere peccatorum detenti audientes, tanquam aquam fluentes, brevi tempore miro^(m) modo creverunt et Sabinorum filias, que eos propter 30 predicta peccata aspernabantur, armata manu rapuerunt et sic ex ipsis filios⁽ⁿ⁾ habuerunt.

(a) *D* alterius (b) *DS* coperuit *Sa* coop. (c) *D* ferre (d) *D* om. et (e) *D* filia
 (f) *D* deiescit (g) *D* hedificari *S* hedificavis *Sa* hedificabit (h) *DS* Munitorem
 (i) *DS* Munitor (k) *DS* Marce (l) *DS* quidam *Sa* corr. (m) *DS* mire *Sa* corr.
 (n) *DS* et ipsas filias *Sa* corr.